

veravit. Ille nummum æreum signo crucis insignitum, nec sine Dei nutu humi conspicatus, collegit, virginī dedit, præcepitque ut collo appensum gestaret nec ullis deinceps monilibus, quæ sponsæ Christi non conveniunt, ornari se pateretur.

R. Propter veritatem.

LECTIO V.

MIRACULORUM dono et multitudine excelluit, maxime circa energumenos, quos oleo consecrato inungens a dæmonum tyrrannide liberabat. Plurima propheticō spiritu edidit, atque imprimis, accedente Attila, Hunnorū rege, cives Parisienses adhortata est ne, relictis sedibus, fortunas suas alio transferrent, urbem polluta, subversis aliis munitionibus, perstituram. Rei veritatem probavit evenitus idque Genovefæ patrocínio datum. Grassante deinde fame, et in maxima annonæ caritate, urbem magna frumenti copia, et pauperes innumeros erogatis panibus sustentavit. Neque tamen tot editis miraculis effugere potuit, quin malevolorum odio et contumeliis premeretur. Germa-

nus in Britanniam, iterum profecturus, eam adiit, et variis impetitam calumniis divino eloquio consolatus est; habitaque gratiā ad populum oratione, quanti esset apud Deum meriti exposuit, et locum in quo preces illa fundebat, lacrymis ejus maderfactum ostendit.

R. Dilexisti.

LECTIO VI.

AB anno aetatis decimo quinto ad usque quinquagesimum, Dominica tantum die et quinta feria jejunium solvit; sumpto pane hordeaceo, ac modico pulmento, quod ante quindecim dies coctum, ut minus sapidum esset, frigida temperabat aqua. Post id tempus, suadentibus episcopis, quibus non obtemperare nefas putabat, pisciculū et lacte usa est. Neque vero intra Galliæ limites tanta virtus contineri potuit. Si meon ille Stylites, auditator miraculorum fama, ejus se precibus voluit commendatum. Admirantis denique virtutibus, ut scribit Beda, late claruit, et in Christi servitute ad octoginta et novem annos consenuit. De qua hæc etiam Gregorius Turonen-